Integris opibus noui nõ latius uſũ (ofellũ
Quã nũc accisis uideas metato in agello
Cũ pecore & gnatis forté mercede colonũ
Non ego narranté temere edi luce ꝓfesta
Quicq̃ præter olus fumoſæ cũ pede pernæ
Ac mihi ſeu lõgũ poſt tẽpus uenerat hoſpes:
Siue operꝝ uacuo gratus cõuiua per imbrem
Vicinus: bene erat nõ piſcibus urbe petitis
Sed pullo atq; hædo. tũ penſilis uua ſecũdas
Et nux ornabat menſas cũ duplice ficu.
Poſt hoc ludus erat culpa potare magiſtra.
Ac uenerata ceres ita culmo ſurgeret alto.
Explicuit uino contractæ ſeria frontis.
Sæuiat atq; nouos moueat fortũa tumultus
Quãtũ hic ĩmiuet q̃to aut ego pcius aut uos
O pueri nituiſtis: ut huc nouus ĩcola uenit?
Nã propriæ telluris herũ natura neq; illũ
Nec me. nec quemq̃ ſtatuit. nos expulit ille
Illum aut nequities aut uafri inſcitia iuris.
Poſtremũ expellet certe uiuacior hæres.
Nunc ager umbreni ſub noĩe nuper ofelli
Dictus: erit nulli proprius: ſed cedet in uſum
Nunc mihi nũc alii. quo circa uiuite fortes.
Fortiaq; aduerſis opponite pectora rebus.

uti. Ego noui eundẽ narrãtẽ. ſ. hæc. Ego nõ edi temere in luce profeſta. i. in die non feſto qcq̃ præter olus temere ſine cauſa. q. d. Si edi quandoq; aliqd præter olus fuit iuſta de cauſa ut forte quia hoſpitẽ recepiſſem. Fumoſæ. ad fumũ deſiccatæ. Pernæ. Sunt q putent pernam eſſe a uertebra pedis ad finem calcanei dictam a pnitendo. Vnde perniones q ob frigus in perna naſcuntur. Sed ponitur pro pede porcino cũ coxa ſalito: quẽ Martialis petaſonẽ appellat. Poſt longũ tem. quo erat maiori ſumptu accipiendus. Siue operum. Parcã & laborioſam ſimul atq; honeſtã uitã depingit. Per Imbrẽ. Nã bonus agricola nunq̃ niſi in magnis pluuiis ceſſat. Bene erat. q. d. lautiori conuiuio utebar: ſed nõ rebus uenalibus inſtructo. Pẽſilis. Quæ pẽdens ſeruabat᷑. De menſis aũt ſecũdis atq; nuce dictũ eſt. Duplice ficu. i. bifera. Culpa magiſtra. Nam q ultra modũ biberet ĩ culpa erat. Hãc ãt oẽs uitabãt. Ceres uenerata explicuit ſeria. Snia ẽ ꝙ nũq̃ abũdantiori uino utebant᷑ quo lætiores effecti curas ꝺponimus: niſi cũ cereri ſacrificarẽt: per qꝺ ſignificat ꝙ in ſolis ſacrificiis ſplendidius epulabant᷑. Sed quomõ in ſacris cereris uinũ ponit: cũ Plautus in aularia id antiq̃ religiõe prohibitũ fuiſſe oñdat. Ait. n. Cereri nuptias facturi eſtis qa temeti allatũ nihil uideo. Sed non ẽ huic loco cõtrariũ. Nã aliud erat ſacrificium aliud nuptias celebrare cereri. Quapp & Vir. de cereris ſacris ſcribẽs Cũcta tibi cererẽ pubes agreſtis adoret: Cui tu lacte fauos & miti dilue baccho. Explicuit ſeria cõtractæ frõtis. i. explicuit frontẽ contractã pp ſeria. i. pp curas: q̃ a ſeriis proueniũt. Contrahimus. n. frõtem in rebus anxiis: explicamus ãt in lætis. Hinc Terent. Exporge frontẽ dixit. i. ꝓbe te lætum. Quantũ hic ĩminuet. q. d. nihil. Snia eſt. Poſtq̃ hic Vmbrẽus nouus incola occupauit nr̃os agros: neq; ego neq; uos pueri ptius nituimus: qa & in rebus noſtris olim ſecundis: & nunc in aduerſis eundẽ cultũ ſeruamuſ.

Nã prope t. h. Oſtendit natura oĩa eẽ coĩa: ex quo nullus ẽ propꝛius dñs. Quapp fortuna in cuius temeritate huiuſcemodi bona collocata ſunt: freq̃nter mutat dominos agrorum. Nequities. Quia allyguriet. Inſcitia iuris. Quia occupabitur ab alio: cũ ſe defender᷑ neſcierit ignoratione iuris. Vafri. i. ꝙ non ſine multa calliditate interpretat᷑. Eſt. n. huiuſcemodi calliditas ĩ iurecõſultis: præſertim in iis quorũ patrocinia uenalia ſunt: ut in utrãq; partem oẽ pœne ius interpretantur. Nulli proprius: ſed ceder in uſum. Proprietas enim agrorũ nullius eſt: cum communia ſint elemẽta: ſed uſus conceditur. Quapp unicum remedium eſt aduerſus fortunã: quæ frequenter omnia cõmutat: ut fortẽ animũ contra illam paremus.

SATYRA. III.

ſ Ic raro ſcribis: Mirus poeta & miro artificio inſtructus: q reliquos hoĩes bonos reddere cupiens ſeipſum damnat: ut cæteri æquiori aĩo ferant: cũ quæ uitia in illis ſũt ea in ſe eſſe fateat᷑. Inducit igit᷑ Damaſippum ſtoicum phũm & alia quidẽ horatii errata: præſertim tamẽ deſidiam ĩ ſcribendo carpentem. Videtur ãt oĩo tollerandus is ſatyrus: q ita cæteros carpit: ut ne ſibi ĩpi pcat.